nunc et usque in seculum.

Una sabbati. Secundum Johannem.
Maria magdalena venit
mane cum adhuc tenebre
essent ad monumentum: et vi
dit lapidem sublatum a monu
mento. Cucurrit ergo et venit ad
symonem petrum et ad alium
discipulum quem amabat ihe
sus: et dixit eis. Tulerunt do
minum meum de monumento:
et nescimus ubi posuerunt eum.
Exiit ergo petrus et ille alius
discipulus: et venerunt ad mo
numentum. Et cum se inclinasset:
vidit lintheamina posita non
tamen introivit. Venit ergo
symon petrus sequens eum:
et introivit in monumentum.
Et vidit linteamina posita:
et sudarium quod fuerat super
caput eius non cum lintheami
nibus positum sed separatim in
volutum in unum locum. Tunc
ergo introivit et ille discipulus
qui venerat prior ad monumen
tum: et vidit et credidit. Non
dum enim sciebant scripturas
quia oportuerat eum a mor
tuis resurgere. Off.

Benedictus qui ve-nit in nomi
ne domi-ni benediximus
vos de domo do-mi-ni.
De-us do-mi-nus et
illuxit nobis alleluia alleluia.

Concede quesumus Secret.
domine semper nos per
hec paschalia misteria gratula
ri ut continua nostre repara
tionis operatio perpetue fiat no
bis causa leticie. Per. Infra actionem.
Communicantes et diem.
Hanc igitur ut supra. Co.
Omnes qui in christo baptizati
es-tis christum induistis
alleluia.
Redemptionis nostre Copl. alleluia
munere vegetati quesumus domine
ut hoc perpetue salutis auxili
um fides semper vera proficiat.
Quasi modo Dominica post albas
geniti infantes alleluia rationabi